

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6583

**Autre(s) référence(s) :** Bates 271 / Round 657

**Auteur(s) :** Roger de Montgommery [vicomte]

**Bénéficiaire(s) :** Sées, Saint-Martin (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1078-1082]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le vicomte Roger et sa femme Mabille restaurent l'abbaye Saint-Martin de Sées et y donnent divers biens aux alentours de Sées.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 271, p. 815-817.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 657.

## Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 816).

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Novimus ex antiquitati auctoritate institutum ut si quis fecerit ecclesie donum per sacrorum seriem apicum future posteritati ratum faciat et notum. Huius igitur auctoritatem sequentes, Rogerius vicecomes et Mabilia uxor eius, cupientes boni compensatione sua mala acta delere, locum sancti Martini qui est iuxta burgum Sagii super ripam Olne fluvii, qui temporibus priscis sub monastice regula religionis viguit, ad priorem statum apud semet ipsos partim revocare disposuerunt, regnante Henrico rege Francorum, cum Willelmo principe Normannorum, qui postea Dei gratia effectus rex Anglorum tale beneficium concessit, atque Ivone episcopo Sagensi favente. Dederunt supradicte ecclesie pro redemptione animarum suarum et predecessoris sui Willelmi atque aliorum parentum terram quam Willelmus eorum predecessor tenuit in suo dominio circa villam et in villa sancti Martini, et decimam totius parrochie, et terram de mansiolo Uualdi cum silva que est inter Uuandam et viam Alerci, et in molendinis Alerci quattuor modios frumenti, et Sanctum Paulum qui est super Sartam cum terra que est inter silvam et aquam, et molendinum, et totam aquam que iungitur eidem terre sancti Martini. Et in silva Burse dederunt tredecim mansiones terre, et rectam decimam totius proficu quod reddit ipsa silva, et decimam pasnagii de Scopis, et sex solidos de censu eiusdem silve. Et pro anima Willelmi patris comitis dederunt terram unius carruce in Hanbona cum pratis que pertinent ad eandem terram, et unum burgensem in Alerco cum domo

sua et omnibus redditionibus, et unam piscaturam in Buris. Et item pro redemptione animarum suarum dederunt xl solidos pro decima teloneio Sagii, et in duabus festivitatibus sancti Martini duas nundinas, et ecclesiam de Alnou cum terra presbiteri. Et concesserunt terram quam episcopus Ivo dedit sancto Martino de sua hereditate annuente Willelmo rege, que est inter portam castelli Sagii et vadum Cremerii inter viam Alerci et ipsum rivum. Itemque dederunt unum molendinum sub stanno de Roca. Et concesserunt unam mansionem terre quam dedit Rotbertus Moirol in Grandileto sancto Martino annuente domno Oliverio, et terram Radulfi de Lucrei quam Gisla dedit sancto Martino pro redemptione anime Rotberti sui senioris. Et in territorio Alerci annuerunt ecclesiam sancti Nicholai et terram unius carruce quam Willelmus Tosart dedit sancto Martino quando factus est monachus ; in parrochia Macei, terram Huberti Bordi, et terram quam Normannus venator dedit pro filio suo monacho, et terram quam Albericus filius Huberti quando factus est monachus dedit, et terram quam Ramfredus dedit sancto Martino Troarcensi quam emerunt monachi sancti Martini Sagii concedente comite, abbate et monachis sancti Martini Troarcensis. Apud Scalfo etiam dederunt terram Gisleberti venatoris cum molendino et aliis omnibus redditionibus ; in parrochia Truni terram duarum carrucarum, unam in Truno de terra Ernuci Balbet, altera in Merdosiole, et teloneum ex omnibus qui vendunt et emunt super terra sancti Martini cum aliis omnibus redditionibus, et unam domum in burgo. Et in Monte Gomerico dederunt sancto Martino ecclesiam de Labeurera et molendinum eiusdem ville, et terram unius carruce, et omnes redditiones ex illis hominibus qui vendunt et emunt in terra sancti Martini. Concesserunt etiam quod Willelmus et Turstinus filii Ancelini et eorum mater Lescelina dederunt pro redemptione animarum suarum villam Briocarum Deo et sancte Marie et domno abbati Rotberto et monachis sancti Martini, immunem et liberam erga omnes homines ab omnibus redditionibus preterea que caritative et sponte sua exiberent quibusdam parentibus eorum.

Citra mare vero dederunt duo mansiola Gat et Fissaburnam et ecclesiam de Hertingis cum decima, et aliam ecclesiam ultra Londras. Et post finem comitis Mabilie dedit comes Rogerius pro ipsius anima medietatem de Clippingis cum totis redditionibus que ad eam pertinent.

Et subscribitur confirmatio et signum Willelmi regis + et aliorum plurimorum. Signum Willelmi filii eius +. Signum Rotberti episcopi +. Signum Rogerii comitis +. Signum Rotberti comitis de Valle Moritoni +.